



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica**

**Huet, Pierre Daniel**

**Parisiis, 1679**

I. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-16260**

## DE COMPARATIONE TESTIMONIORUM,

QUE AD LIBRORUM SACRORUM PROBANDAM ΓΝΗΣΙΟΤΗΤΑ

ET ANTIQUITATEM TOTÄ HAC PROPOSITIONE EX HIS DEPROMUNTUR.

I. Refelluntur argumenta Adversariorum. Primum argumentum.

II. Secundum argumentum.

I. **N**UNC antequam tollamus manum ex hac tabula, occurrentum est expo-  
stulacioni cuidam, supra à nobis leviter jam delibatae, hominum pertina-  
cium, quos tamen ab his disputationibus operis initio arcebamus. Queri enim possumus  
intutam esse & m alefidam viam, quam ad facrorum Voluminum γνωστη & an-  
tiquitatem demonstrandam sumus ingressi. Nam cum ad id recentiorum Scriptorum  
testimonia protulerimus, tanquam deponit ex eorum libris, quos antiquiores pro-  
bare volebamus, id nobis ut probatum sumissi, quod in quaestione positum erat; tam  
fieri quippe potuisse, ut quos antiquiores credidimus, ii è contrario testimonia à no-  
bis probata excerpterint ex iis, quos fiximus recentiores; vel utrosque fortasse ea-  
dem excerptisse testimonia ex priscis aliquibus Scriptoribus, quorum lucubrations diu-  
tinatae temporis consumatae sint. Huic querela primum obnoxios non esse Scriptores  
ao, quorum nomina ac scripta in aliis memorantur. Exempli causa, quod Jeremianæ  
Prophetæ nominatio meminerit Daniel, jure possum colligere vetustiorem Daniele  
fuisse Prophetiam Jeremie. Atqui complures e Scriptionibus sacris in hac classe po-  
nendæ sint. Aio præterea, etiam si id ita esse concedamus, ut volunt Adversarii, vix  
nobis inde deperire quicquam, via illos quicquam inde lucrari: nam dum antiquita-  
tem detrahunt uni, alteri adstruunt: utrumlibet enim priorem ponant, hujus certe  
probata fuerit antiquitas. Velut cum dixit Origenes in epistola ad Africanum totam  
pericopen ex Isaia Michæam translatisse; si ex Michæa translatum id potius dicere  
audeant Adversarii, hoc ipso Michæam Prophetiam Isaiae Prophetia antiquorem co-  
gentur agnoscere. Atque ita Michæam antiquitatem & γνωστη fatis comprobata  
habebimus. Sin & Isaiam & Michæam ex vetustiore aliquo Propheta hæc hausisse  
contendant, utris potius habenda fides est, an his nullo argumento, sola pertinacia  
pugnantibus, neque ullum commentaria quam afferunt originis propheticarum senten-  
tiarum indicium, notamve dantibus; an nobis res liquidas clarissimaque testimonia  
ponentibus? Arbitretur prudens & æquis Lector, & sententiam ferat. Deinde si  
id quod volunt obtinent Adversarii, & quas scriptiones antiquiores posuimus, recen-  
tiores esse fateamur iis quas diximus posteriores, tum illidentur Chronologiae & Hi-  
storiae scopolis, que has rerum & temporum perturbationes vindicabunt. Ad hæc  
recordari debemus Librorum fere omnium Veteris Testamenti γνωστη generatim  
nos probasse initio Propositionis hujus, iis argumentis, quæ nullis Adversariorum  
responsibus eludi queant. Totam itaque volumus rationum quas adhibuimus mo-  
lem spectari, quæ est hujusmodi; ut cavillationes omnes facile contemnamur.

II. Objici potest præterea Libros facros à Spiritu sancto Prophetis esse dictatos, Secundum  
& verba Prophetarum verba esse Spiritus sancti, non ex aliorum deponit libris, sed argumen-  
tum ab eodem profecta Spiritu, qui à diversis Prophetis res easdem denuntiari hominibus  
voluerit; ac idcirco temere nos facere, qui vetustiorum Prophetarum testimonia à  
novitiis usurpata statuamus. Jampridem hoc ipsum apud Origenem jaçavit Africanus,  
velut arbitrus Prophetarum, Spiritus sancti nuntiorum ac præconum, dignitati parum  
convenire, alienis dicitur & sententia uti. Quam perversam ei opinionem exemit Ori-  
genes, testimoniis ipsis Prophetarum in medium prolati, quæ palam extant in anti-  
quioribus: ac imprimis celebri illo, quod Michæas ex Iaia secundo capite in quar-  
tum suum transtulit. Fateor equidem vaticinia Prophetarum Dei oraculo esse edita;  
at Spiritum sanctum aio afflatus suis ad ingenium Prophetarum & hominum mores  
temperasse: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus; inquit Paulus; & divisiones ministracionum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus* & seq.  
qui operatur omnia in omnibus. Optime Maimonides in eximio opere More Nevochim:  
Scito unumquemque Prophetam peculiare quid habere; & ea lingua, eaque loquendi ratione,  
que ipsi est familiaris & consueta, impelli à Prophetia sua ad loquendum ei qui intelligit  
ipsum. Iaiam & Amosum idem afflavit Spiritus; disertus tamen est Iaias, rudis &

K k ij